



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1786

VD18 90119355

§. 22. Status Religionis Catholicæ in remotioribus Regnis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](#)

Sæc XVIII. nos nunquam executioni fuisse datum
A. C. 1739. imo nequidem adimpleri potuisse &c.

§. XXII.

*Status Religionis Catholicae in remo-
tioribus Regnis.*

Interim in Tiletano Regno Viri Apo-
stolici ex Ordine PP. Capucinorum
non minori animarum Zelo. quam fa-
lutis proventu indefesse laborabant.
quippe Evangelicæ hujus missis uber-
tatem haud parum promovebat inter
hos populos singularis *Mivagni* Ca-
Taischa seu Regis benevolentia, qui
hos Operarios, atque inter eos praecipue
Patrem Franciscum Horazium della
Penna hujus Missionis Superiorem ho-
norabat; favebat eis insuper *Dala*
Lama seu Magnus hujus gentis Sacer-
dos, cuius affensu Rex decretum pro-
mulgari jussit, vi cuius Missionariis in
Lasta totius Regni Metropoli Evange-
lium prædicandi libertas concessa, &
ad finitima Regna *Battiam* & *Betga*
aditus ipsis apertus est. Ubi tamen
missis erat multa, deerant justo numero
Operarii; eorum enim potissimi aut se-
niori, aut calamitatum cumulo pene
oppressi jamjam succubuerent: hoc au-
tem anno Pater Recanati ejusdem Or-
dinis cum novis duodecim Evangelii
Præ-

Præconum supplementis a summo Pon-
tifice submissis peropportune advenerat, Sæc. XVIII.
quos Rex & Lama ingenti favore com-
pletebantur, & Catholici Principes
ad sustentandos hos Missionarios, nec-
non ad veræ fidei incrementum in his
terris promovendum larga prorsus sub-
sidia conferre certabant. Unde factum,
ut per indefessos Missionariorum labo-
res & sanguinem Evangelium in Nepa-
lensi aliisque regionibus imo & apud
Horianos Tartaros mirifice propagatum
fuerit. Opportune etiam præfatus
P. Horatius secum Roma attulerat Ti-
betani idiomaticis typos seu characteres,
quos Cardinalis Belluga suo ære per
Antonium Tantauzzi Romanum Fu-
sorem pro instruenda Typographia Ti-
betana fundi curaverat.

Nec minus copiosi erant fructus,
quos Vinea Domini fidelium crux,
& Operariorum sudore rigata in Indiis
protulit: quippe, ut testatur P. Cal-
mette in suis literis die decima septima
Septembris ad P. Dalmas Ballepuramo-
datis, Nobilis quædam octennis Virgo
unacum ejus famulo ad Christi cogni-
tionem miro prorsus modo a Deo per-
ducta est. Hæc nomine Vobalamma
Principem Cotta-Cottam Patrem suum
infirmum ad Missionariorum Ecclesiam
comitabatur, ibique prima Catholicæ
fidei

Ee 3

Sæc. XVIII. fidei semina clam concepit. Parentem
A. C. 1739. hunc illa habebat gravibus morbis op-
 pressum qui, quamvis nonnisi recuperan-
 dæ sanitatis spe (*) pellectus, Missiona-
 rium accederet, fidei tamen Catholicæ
 mysteriis imbutus, pariter recipiendi Ba-
 ptismi desiderium conceperat. Verum
 Evangelii semen, quod in ipsius corde
 mox suffocatum periit, in anima hujus
 Principis puellæ firmiores egit radices
 nil equidem ardenter cupiebat, quam
 Catholicæ Religionis mysteriis plenius
 instrui; cum autem pro more illius gen-
 tis, Nobilibus puellis cum exteris colo-
 loqui haud liceret, Paulum famulum
 suum, in quo ingens veræ fidei deside-
 rium deprehenderat, Missionarios sa-
 piens adire, ab eis fidei præcepta probe
 addiscere, demumque Baptismum si-
 scipere jussit, ut vicissim ab eo postmo-
 dum lege Christiana perfecte institui
 posset. Pio consilio allusit successus;
 quippe sensim Nobilis hæc Virgo super-
 stitionum nauseam concepit, omnique

(*) Pudendo plane mendacio recentior que-
 dam Heilbronensis Scriptor proterve is-
 sua Historia Eccles. Sæcul. XVIII. p. 13. fin-
 gere non erubuit, quod Missionarii saepè Ger-
 tiles invitò & sub prætextu remedium con-
 tra eorum morbos adhibendi Baptismum al-
 ministrent. Eiusmodi commentum stupida
 ignorantiae fructus est.

data occasione Religionis Christianæ Sæc. XVIII.
 sanctitatem deprædicavit: Id ubi resci- A. C. 1739.
 verat Parens, prædivites obtulit nu-
 ptias, quas tamen illa respuit, nisi ei
 post illas sacro fonte tingi concedere-
 tur: Initur matrimonium, sed nec Pa-
 rens nec Sponsus sui promissi ultra me-
 mores erant; utque eam a proposito
 averterent, adhibent preces, minas &
 variii generis ærumnas, quibus tamen
 illa constanter toleratis non modo fir-
 mior in suo persistit consilio, sed & plu-
 res sui Gynæcei Matronas veræ Reli-
 gionis cognitione imbuit, ipsam tamen
 nondum aqua vitali ablutam repentina
 mors abstulit. Felicior erat ceterarum
 fors, quarum plures unacum suis pro-
 libus post Virginis hujus obitum per
 sacram baptismam Christianorum cætui
 insertæ fuerunt. Famulus quoque Heri
 sui indignationem veritus, ad Missionarios
 confugit, & cum illis primo Va-
 velipdvi & postea Ballapurami fidei
 propagandæ strenue adlaboravit.

Præclara etiam erat conversio Ti-
 maiæ, qui inter Dasserias, Wisahuo
 Idolo devoutam gentem, facile princeps
 erat. Hic morbo, cui nulla reperi-
 batur medicina, correptus vix non ex-
 tremum vitæ diem agebat: Igitur con-
 clamatis omnibus hominum remediis
 suadebant ejus Amici, ut animæ suæ

E e 4 salu-

Sæc. XVIII. salutem primo quæreret apud illum,
 A. C. 1739. cuius manibus corporis etiam sanitatis
 posita esset. Cessit eorum hortatibus et
 recuperandæ valetudinis cupidissimus
 cumque idolum suum ad sua vota hu-
 usque surdum fuisse expertus, Miss-
 narium adiit, supplex, ut illum ad ver-
 Numinis agnitionem perducere velles.
 Mira res! ad cognitæ fidei incremen-
 tum decrescit morbi violentia, adeo
 ut nondum evoluto Christianæ institu-
 tionis die vigesimo jamjam integrum
 recuperaret sanitatem; unde suo De-
 vino Sospitatori gratum exhibuitur
 animum, unacum conjugé & prolibus
 suis sacrum suscepit Baptisma, Leonis
 nomine insignitus. Attamen a suis
 Propinquis propterea (quod confue-
 tum est eorum, qui Christum sequen-
 tur, stipendum) tam dire vexabatur,
 ut patriam, cunctaque sua bona reli-
 quere, ac Ponganurum profugere com-
 pelleretur; ubi tamen paulopost vita
 functus, promeritam constantiæ coro-
 nam in cælis consecutus est. Paucis
 post mensibus ipsius quoque Conjuratus
 beato fine æternam obtinuit mercedem.
 Plures adhuc alii rejecto simulacrorum
 cultu Christianis sese sacris addixere,
 qui etiam mira fidei constantia acerbissimas
 perpetfi sunt calamitates: Præ-
 terea Tidori in Molaccensi Insula Mauri-

P. Leo.

P. Leonem a S. Joseph Missionarium in Sæc. XVIII.
odium fidei acerbissime vexabant, ac A.C. 1739.
dire flagellato, & manibus pedibusque
mutilato caput ferro demetebant, idque
hastæ infixum ovantes per totam In-
sulam circumferebant, trunco in mare
projecto.

§. XXIII.

*Clementis XII. sollicitudo in frangen-
da pertinacia illorum, qui prohibitos
ritus Malabaricos pro-
pugnant.*

Enimvero in Sinensi Regno, nec-
non in Madurensi, Mayssurenzi &
Carnatenzi oræ Malabaricæ Regnis in-
ter persecutionum spinas & tribulos
Evangelii semen identidem uberes pro-
tulit fructus; dolendum tamen erat,
quod nonnullis Missionariis aut dor-
mientibus aut indulgentibus, supersti-
tionum Zizania nondum fuerint eradi-
cata: Iteratis quidem summorum Pon-
tificum mandatis Missionarii ex Ord.
SS. Dominici, Francisci, Augustini &
Carmelitæ Discalceati prompto acquie-
vere animo; ceterorum vero non pauci
sub variis, frivolisque obtentibus vanas
superstitiosæ gentilitatis observationes
ritusque a Christiana Religione abhor-
rentes, sæpiusque prohibitos pertina-

Ee 5 cius